

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Pauli Epistolae - Cod. Aug. perg. 185**

**Paulus <Apostel, Heiliger>**

**[Reichenau ?], [9. - 10. Jh.]**

Schmuckinitiale mit Knotenmuster

[urn:nbn:de:bsz:31-45394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-45394)



**P**aulus apostolus ihu xpi per uolun-  
 tatem dei & timotheus frater. ecclesiae dei quae  
 est corinthi cum sanctis omnibus qui sunt in uniuersa  
 achaia. gratia uobis & pax ex deo patre nostro & domino  
 ihu xpo; Benedictus deus & pater domini nostri ihu xpi pater  
 misericordiarum & deus totius consolationis. qui consola-  
 tur nos in omni tribulatione nostra. ut possimus & ipsi con-  
 solari eos qui in omni pressura sunt per exhortationem  
 quam & exhortamur & ipsi ad quos sicut habundant passio-  
 nes christi in nobis. ita & christum habundat consolatio nostra;  
 siue autem tribulamur pura exhortatione & salute.  
 siue exhortamur pura exhortatione quae operatur in  
 tolerantia earum dum passionum quas & nos patimur.  
 & spes nostra firma uobis. scientes quod sicut socii pas-  
 sionum estis. sic eritis & consolationis. Non enim uolu-  
 mus ignorare uos fratres de tribulatione nostra quae facta  
 est in asia. quod supra modum grauatisimus. supra uir-  
 tutem. ita & taedere nos & iam uiuere. sed ipsi in nobis  
 ipsi responsum mortis habuimus. ut non simus fiden-  
 tes in nobis sed in deo qui suscitatur mortuos. quid & ante  
 periculis eripuit nos & eruet. in quem speramus quod  
 & adhuc eripiet. adiuuantibus & uobis in oratione  
 pro nobis. ut & multarum facierum eius quae in nobis est  
 donationis pro multis gratiae aguntur pro nobis. Haec  
 gloria nostra haec est testimonium conscientiae nostrae.  
 quod in simplicitate & sinceritate dei & non in sapientia  
 carnali sed in gratia dei conuersati sumus in mundo.